GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, um 1160 Seite 133v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift

MATHEVM.

AMEN. AMEN.

DICO VOBIS NISI GRA
num frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Et R. Omel' lectionis eadem.

VERBA SVIVS SANCTI CVANGELII.

de illo sermone dicta sunt. quae ante passionem suam dns ibi locutus est turbis. quando gentiles quidam qui in festis uenerant ut adorarent in die festo. accesserunt ad sem PHILIPPVM. et rogauerunt eum dicentes. dne uolumus ihm uidere. et PHILIPPVS dixit ANDREE. et rursum PHILIPPVS et ANDREAS dixerunt ei. Tunc ipsum hi sermone ita exorsus est. Venit hora ut clarificetur filius hominis. Et continuo subiunxit. dm amen dico uobis. nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. In his ubis hui sacri lectionis euangelice. dns ibi mystice signauit gloriam passionis ac mortis suae. predicans etiam qualis passionem sua fructus. per uniuersum mundum erit secuturus. In hoc ipso quoq; euangelio manifestare dignatus est. quae gloria. quantae dignitatis premia. eos consequi deberent. quicumq; recta fide. et digna conuersatione. passionis eius imitatores existere uellent. Nisi granum unum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Granum frumenti. ipse di filius ualet intelligi. quia ille est pabulum. quo angeli in celis pascuntur. et quo sororum animae in hac ad huc peregrinatione construunt sustentantur. Et sicut in dulcedine diuinitatis suae. inuisibilis cibus est sororum animarum. ita nichilominus per eiusdem diuinae maiestatis potentiam. recreator est et sustentator corporum. Nam ex quo est. in de diuinitatis eius potentia. quae ita profert fructum. sine quo uiuere non ualent corpora. Si quidem in diuinitate sua permansisset. nec nobis miserabiliter lapsis. ipse quoq; cadendo in terram sub